

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

sepeliri. **Id** posteris suis in mandatis relinquentes. **Constat** preterea
neminemq; fugit. q; et ipse omnium mitissimus hominum **Moyſes**. hanc
ob terram non tam visendam q; possidendam. contempto regali palatio.
preclaris egypti opibus nichil habitis. spreta q; terra inclita. cum frat
tribus suis longo per desertum tempore affligi maluit. q; temporalis
regni frui iocunditate. **Cum** eam dei nutu ingredi non licuit. saltem a
longe prospicere et salutare eam loco de sublimi montis abarym habuit
pergratum. **Admitto** hoc in loco recensere ex pentateuci regum. iudicium.
prophetarum. historiarumq; voluminibus plurima. que maiorem in mo
dum ad eiusce terre ingentem conducerent ostendendam sublimitate.
quanto videlicet israelitarum ipsa parta fuerit sudore. quanta hostium
sanguine cede et strage subacta. q; sacratissimis semper gubernata legi
bus. q; miris a deo signis et prodigijs sepe numero decorata. q; clarissi
mis semp exulta patribus et eorum tum rebus et factis memorandis.
tum doctrinis et exemplis insignibus egregie illustrata. q; gloriosis
referta personis. sacerdotibus scilicet ac regibus et prophetis. quorum est
ampla satis laus in historijs. et memoria in benedictione. apud quos
etiam tam sincerus dei cultus diu et diu viguit. ita ut notus in Iudea
deus dicitur tunc in toto esset orbe terrarum. et in solo israel magnum
nomen eius. atq; habitatio eius in syon. **Siquidem** facta est iudea sancti
ficatio eius. israel potestas eius. **Id** potius post omnia velim adiectum
velut precipuum instituti mei documentum. q; homo natus est in ea. et ipse
fundavit eam altissimus. quia videlicet terram hanc unigenitus dei fi
lius. nostram venturus in carne. in temporis plenitudine sibi uniuers
so delegit ex orbe. quam et sua benedicta consecrauit incarnatione. nas
tuitate conversatione. quam preterea doctrina sua et miraculorum gloria
eximie honestauit. illustrauitq; morte. resurrectione. et in celos ascensio
ne. **Qua** ex re id haud ab re intulerim. quonia si **ut** par ratio **id** digna
putamus loca ubi **Petrus** et **Paulus**. cristiani duces exercitus. et do
minici gregis pastores sanguinem fuderunt pro cristo. **Si** deniq; mar
tirim ubiq; veneramur reliquias. et sanctam fauillam oculis apponen
tes. si licet etiam ore contingimus. **Terram** illam quomodo non omni
propterea dignissima veneratione existimabimus. in cuius medio salus
tem nostram operatus est saluator noster. monumentum quoq; in quo res
demptor ipse noster conditus est quomodo non magnificemus magis. quo
modo non pluris reputabimus. immo vero quomodo sic a perfidis flocciba
beri et nauicendi. tantis iam retro habitis temporibus sustinemus in
iniuria christi et opprobrium nominis christiani. **Scitum** est preterea et incopers
tum extat nemini. quanto antiqui studio et veteres iudei templum **Jer**
rosolimis et sancta sanctorum tum venerabantur tum frequentabant
presertim quia illic erat archa testamenti cum cherubin et propiciatorio.
ubi tabule legis. manna quoq; et virga aaron que fronderat conti
nebantur. q; tamen omnia et singula ut vas electionis **Paulus** differit.